

Cap. VI. De Animi c. 259

rio saturni, qua propter, si luna mor-
bum perfectè curare velis, eò labo-
rabis, quo saturnus in benignius a-
strum venerem nempè transplantie-
tur. Ideoque cura perfecta hectica
& phytoseos Antimonium, quia saturn-
num in Venerem transplantat.

CAP. VI.

De

*ANIMI DE-
LIQUIO.*

ANIMI DELIQUIUM, *Animi deliquium.*
quod secundum gradus majus vel minus est, ab im-
pedita sanguinis spirituascentia debita causatur, quando vel spi-
ritus generati dissipantur aut san-
guis nimium coagulatur, ut pra-
peditâ volatilisatione spiritus in-

R 2 de

260 Cap. VI. De Animi Sci

de generari nequeant. Paracels.
lib. paragraph. 7. c. 5, vocat Gut-
tam cordis. Gutta verò est ab-
latio synoviae à sua parte vid. su-
pra caput de Guttā. In synoviā
est retentiva & motiva virtus,
quæ itidem sanguinis spiritibus
adscribitur, ideoque si pro uno su-
mamus, non facilè contradicces.

Curatio

In Curatione eò laborabis, ut
sanguinem coagulatum resolven-
do illum liberiori motui restitu-
as, quod peragit viis, quæ alias
confortantia dicuntur, sed ideo
sunt confortantia, quia sanguine-
m ad pristinum motum in-
tentiorem reducunt. Sunt au-
tem ex simplicibus aromaticis &
quæ sale volatili abundant; Rad:
Enula campana, angelica, galang. ea-
lam. aromat. Herbarorismarini, be-
zonie, majorana, ruta, serpills, sal-
via, hysopis. Semine anisi, corian-
tri, feniculi, cervi & cardamomi.

Ex

Ex quibus vina vel cerevisia me-
dicata, infusa aut decocta pro-
lubitu fieri poterunt. Ex com-
positis & præparatis laudantur
species diagalange, dianhos, diambrae
Oleum succini, cinnamomi, yuthæ; ca-
ryophyllorum; Essentia ambrae, ca-
storei, melisse; Aqua vita Matthio-
li Anhaldisa, Carbunculo, cinnamo-
mi simplex & buglossata, cordialis
Saxon. & apoplectica; spiritus li-
lior. convall. cerasor. nigrorum; sal.
corn. cerv. volat. succin. volatilis,
sal colcotharis; spiritus salis armo-
niaci, qui externo odore sappè
profuit; & alia. Quod si autem
à causis externis animi deliqui-
um, eas removebis.

PALPITATIO COR. *palpita-*
DIS est animi delrium partia- *rio cor?*
le & iisdem curabitur remediis. *dss.*
Meaverò pennajam quoque delin-
quit inter tot alios mihi incum-
bentes labores, quod si autem
Lector Benevole, favore tuo hæc
R 3 scrip.

262 Cap. VI. De Animi &c.

scripta bene suscepis, animabis
eā ad ulterius progrediendum,
& me ad officia quæque paratissi-
ma obstringes. Vale & fave.

F I N I S.

Deo sit Laus, Honor &
Gloria in sempiter-
num.

